GREGORIUS MAGNUS

Österreich, Anfang 14. Jh. Seite 4v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26048
Copyright: Admont, Benediktinerstift



redarguit · quod condemp
nantes eum · responsionem
contra illum · rationabilem
non dederunt · Istis namq;
iudicijs aperte colligitur ·
quod per eum species ama
torum · uane glorie designatur ·
Iob quippe de presumpta iu
sticia · amicos uero eius de
stulta responsione redarguit
Cuncti enim uane glorie sec
tatores · dum se in omnibus
preferunt · alios quidem de
fatuis sensibus · alios autem
de indignis meritis reprehen
dunt · alios censent nichil
scire · alios non bene uiuere ·
et quamuis iuste omnes ex
tra ecclesiam positos · prauа
sentire redarguunt · tamen eci
am eos qui intus sunt · pro ui
te despectu contempnunt · et
contra illos ex magnitudine
recte sentiendo · contra istos
uero · quasi ex merito bene ui
uendi deseruiunt · Bene aut
helui modo beatum iob · modo
amicos eius increpare perhibe
tur · quia amatores uane glorie
aliquando intra sanctam eccle
siam constituti · et aduersarios
premunt · dum uera predicant
et eiusdem sancte ecclesie mori
bus contradicunt · dum de ipsa
predicacione gloriantur · Pre
munt aduersarios uirtute
dicti · premunt sanctam eccle
siam · qualitate dicendi · Illos
predicacione ueritatis · istam ui
cio impi elacionis impugnant ·
Sequitur · Igitur helui expec
tauit iob loquentem · eo quod
seniores essent qui loquebantur ·
Cum autem uidisset quod ei
respondere non possent · iratus
est uehementer · Quamuis sancta
ecclesia sit procul dubio antiqui
or aduersarijs suis · quia de illa
ipsi · non autem exijt ipsa de illis ·
Sicut de eis per iohannem dici
tur · Ex nobis exierunt · sed non
erant ex nobis · recte tamen e
isdem aduersarijs · helui iuni
or suis se perhibetur · quia in
mirum · post exorta hereticorum
bella · esse intra sanctam eccle
siam fastu scientie inflati · ar
rogantes ceperunt · Cum enim
graniora hostium prodiere cer
tamina · tunc sunt profecto sub
tiliora · sensuum spicula requisi
ta · tunc argumentorum obstacu
la · tunc per plexior indago ver
borum · que sepe uiri feruento in
genio · dum congrue inueniunt
arroganter intumescunt · et
quod per elacionis uicium ple
rumq; contingit · isdem acu
tis sensibus · quibus hostem fe
riunt prosternuntur · dum in
hijs que de deo senciunt recte ·
non dei sed suam gloriam que
runt · Unde helui quoq; mul
ta quidem recta loquitur · et
tamen diuina uoce · ac si per
uersa dixerit increpatur · Cum
uero dicitur · expectauit iob lo
quentem · eo quod seniores essent
qui loquebantur · aperte beato
iob · non pro sua · sed pro ami
corum reuerencia reseruasse mon
stratur · quia uidelicet arro